

rependum Domino, pro omnibus quæ contulit  
mihi? Calicem salutū accipiam, & nomē Domi-  
ni inuocabo, Psal. 116. b. 12. Interea tenendum  
est, fideles non linguae tantū sonitu gratias Deo  
agere, sed tota quoque vita gratitudinē testari  
suam. Nam coram Deo qui veritas est, prædi-  
catio bonitatis eius hypocritica & ficta, locum  
nullum habet. Cæterū de spiritualibus sacrifi-  
cijs quæ passim cōmendat Scriptura, minime so-  
liciti sunt Rabbini. Quid enim ad eos illa Pau-  
li exhortatio, Rom. 12. a. 1, Exhibete corpora  
vestra hostiā viuētem, sanctam, placētem Deo,  
rationale vestrum cultū, &c. Sed vrit eos uni-  
cus Missæ suæ zelus: nec quicquam saluum fore  
putant, nisi Christū quotidie in altari mætent.

Baruch 2. b. 5.

Artic. 12.

Peccauimus Deo nostro. Annotatio, Cō  
fessio Christianorum vera, Vera Chri-  
stianorū cōfessio. Bib. 1528. 1534. 1540. 1546.

Censura, Vtraque annotatio, tollens  
confessionem sacramentalem, conspirat  
hæresi Lutheranorū, asserētum soli Deo  
cōfitendum esse. Quod clarius euadit ex  
indice Bibliorum 1532, in verbo Confes-